Olędzkie Quietatio

Coram offo & Actis praesentibus ptr comparentes Nobiles Stanislaus & Joannes filij olim Christophori Olędzki sani mente & corpore existentes palam ac libere recognoverunt Quia sibi Nobilis Albertus olim Pauli Olędzki Quosdam flor pctt debiti olim patri suo per jpsum inscripti persolvit ideo ipsum quietat & inscriptionem cum toto effectu cassant perpetuo.

Kamieńskie Donatio

Coram offo & Actis praesentibus Castren Branscen ptr comparens Nobilis Marina filia olim Baltasari Kamienski Consors Nobilis Matiae Moikowski cum eiusdem mariti sui tutoris conjugalis personali assistentia & consensu praesentanto Sana mente & corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Paulo olim Laurentij Kamienski & ipsius posteris Bona sua omnia mobilia & jmmobilia in haereditate Kamieńskie jacentia consistentia & post parentes suos iure naturalis successionis & alio quovis modo ac juris titulo concernentia in arris hortis agris pratis campis silvis rubetis & cum omnibus ac singulis utilibus fructibus attinentijs omnique jure suo dominio proprietate ac titulo haereditario nihil sibi ibidem ac suis successoribus reservando prout sola tenuit & in suis metis habentur perpetuis temporibus dedit donavit ac jnscripsit Cui jam nominatae jnscriptionis reddem cum pacifica possessione per mtem & Nobiles duos acceptandam dat & admittit Submittendo se cum suis successoribus de omnibus bonis memoratam donationem & eius succes occasione commissionem ab omni impedimento juridico quarumvis personarum per omnes jnscriptiones juris tueri defendere evincere & sola per se & per submissas personas non jnfringere sub damnis tribus simpliciter taxatis et Coram offo praesenti perentoria responsione omnibus juris remedijs & defensis legalibus impedimentis etiam de jure concessibilibus se & suos successores uti abscribendo & abrenunciando.

Moiki Kamieńskie Reformatio

Coram offo & Actis praesentibus Castren Lupien Branscen ptr comparens Nobilis Matias filius olim Floriani Moikowski in Moiki haeres sanus mente & corpore existens palam ac libere recognovit Simul hic idem comparens Nobilis Marina filia olim Baltasari Kamienski consors ipsius Moikowski fassa est ac mutuo recognoverunt inter se reciprocam adinvitationem & compromissum omnium & singulorum bonorum suorum mobilium & jmmobilium in haereditate Moiki et alibi ubivis consistentium paternorum maternorum haereditariorum obligatoriorum reportagiorum generalium & alio quovis juris titulo se concernentium ad praesens habitorum & in posterum favente divina clementia habendorum & acquirendorum ad extrema vitae sui tempora inscribunt eo modo Quod si prius memoratus Matias Moikowski quam Grata Marina Kamieńska de hac luce decesserit Extunc ipsa Bona eius omnia mobilia & jmmobilia haereditaria paterna